



31

PARTITONVM MC
Theologicarum
DISPVATATIO XXXI,
de
MINISTERIO
ECCLESIA-
STICO.

In induitâ & Florentissimâ Academiâ Wit-
tebergensi proposita,
PRÆSIDE

M. IACOBO MARTINI
Professore publico:

Respondente
JOHANNE CURTZMANNO
Uratislaviensi.

*Ad diem 2. Novembr. Horis locog.
confectis*

Sumtibus Clementis Bergeri
Bibliopolæ Wittebergensis.

ANNO 1611.

M A G N I F I C O

Clarissimo & Excellentissimo

D N . D A N I E L I S E N N E R T O
Vratislaviensi, Philosoph, & Medic, Doctori,
& in Septemvrali circ̄ Albim Academiā

Professori pub. & p. t.

R E C T O R I :

simul &

A v i t à generis nobilitate eminentissimis lite-
rarum cultura politissimis, togat à sagat ag, prudentia pre-
stantissimis, amplissimis, spectatissimis

V I R I S,

Dn. GODEFRIDO Bittmanin Schmolz.

Dn. ADAMO Rößlern / Sac. Rom. Cæf. Majestatis in Ca-
mera Imperiali, quæ est Silesia, Secretario.

Dn. GREGORIO Haunold / Augustissimæ Urbis Uratis-
laviae Praefecto militiæ ordinario, & per multos
annos emerito:

N E C N O N

Honestissimo, Integerrimo & pientissimo viro

Dn. MELCHIORI Schindler / civi in Inclita Uratslavien-
sium Repub. optimo, affini suo colendo :

Omnibus Dominis Patronis & Studiorum suorum Promotoriis
bus ac Fautoribus reverenter habendis,

Debitæ gratitudinis, observantie, sui commendationis ergo:
theologicum hoc exercitium sacrum esse hu-
milter cupit.

Johannes Curtzman Vratislavien-

Typus hujus Disputationis.

De ministerio considerandum.

		Definitione:
1. Quid sit.		Eius res. <i>Genus, quod est officium publicum.</i>
Quae quod sit, solvi- tur.		Eius res. <i>vel Efficiens:</i> lutione in Causas, <i>vel Finis:</i> que vel Materia:
2. Quae sunt requisita ministris:		Internum: conscientia mediocris industria, <i>timor et spes:</i> que consistit in duximus ipsius <i>vel uterumque.</i>
Externa: sunt		Illegitima: Vocatio: <i>Natura,</i> <i>Definitione:</i> qua vel <i>Legiti-</i> <i>que ex-</i> <i>Divisi-</i> <i>Immediate:</i> <i>ma: ubi</i> <i>ma: plicatur</i> <i>on est</i> <i>partim</i> <i>vel</i> <i>Media:</i> <i>cōsi-</i> <i>r. ind. i</i> <i>cius</i> <i>Vsus.</i>
		Invocatio divini Numinis:
Fidelitas in singulis of- ficii partib.		Ordinū: Potestas <i>Potestate</i> <i>Solvens:</i> qua vel <i>Iuris-</i> <i>clavium,</i> <i>qua Ligans:</i> <i>dicti-</i> <i>onis,</i> <i>qui</i> <i>cōfi-</i> <i>decenti cura orationis in Ecclesia,</i>
		<i>Sit in</i>



DISPVITATIO XXXI.

De
Ministerio Ecclesiastico.

CONTINVATI.

Hactenus demonstratum est, non Pas-
tam Romanum, sed Christum esse uni-
cum Caput, unicumq; pastorem & Re-
gem sue Ecclesia. Ergo solus illam regit per
verbum & Sacra menta. Sed quomodo? Pro-
fecto non immediate sed mediate per ministros.
Horum igitur quale sit ministerium, nunc
videndum restat.

Theses.

1. Quod ut ordine fiat; primum videbimus,
quid sit ministerium: deinde quae sint ministri requisita.
2. Prior quæstio solvitur definitione, & ejusdem resoluti-
one, sive analysi.
3. Definitionem igitur talem damus: Ministerium est of-
ficium sive munus à Deo institutum, personisq; ad id rite vo-
catis.

Ministerium
quid sit.

earis concretum, ut vera Evangelii doctrina, nec non legiti-
ma sacramentorum administratione, multos secum ex impia
multitudine ad Deum conversos, ad vitam ac salutem æter-
nam perducant.

4. Definitio hæc, quia causalis est, resolvitur in genus
& causas.

5. Genus est officium publicum: Quorum prius illud, nempe ff. officium
publicum.
quod sit officium, fundatur Syr. 45. v. 21. Ubi legimus, Deum
Aaroni, summo sacerdoti, dedisse OFFICIVM docendi. Item,
Num. 4. v. 30. Jehova mandat Moysi & Aaroni, ab anno ætatis
trigesimo, usque ad quinquasimum recensere omnes, qui in-
gressuri sunt ad OFFICIVM ministerii sui. Et Salomon 2. Par.
8. v. 14. constituit officia sacerdotum in ministeriis suis.

6. Posterior, nempe quod sit publicum I. additur authori-
tate Psalm. 40. v. 9. & seqq. Item, Math. 10. v. 27. inquit Christus:
Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce; & quod in aurem audiui, pre-
dicate in tecto. II. Additur Epitheton hoc propter tenebri-
ones, lucifugos, qui alienas partes clanculum penetrant, atque
ibi sui ministerii partes conantur obire, 2. Tim. 3. v. 6.

7. Causas porrò ministerii sunt, vel efficiens & finis: vel
materia & forma.

8. Efficiens est solus verus Deus, unus essentia, & trinus per
sonis, Pater, Filius & Spiritus sanctus.

9. Ipse enim Deus primos parentes in Paradiso allocutus
est per Filium, dulcissimam edens promissionem, de semine
mulieris, caput serpentis contrituro. Quam postea ipse Fi-
lius Dei sua voce sanctis Patribus repetit, ac per Propheticum
ministerium à se institutum, eandem in populo Judaico, cum
legis doctrina propagavit & conservavit, donec in assumpta
carne ipse publicè docuit, æterni Patris voluntatem patefecit,
atque divina autoritate ministerium instituit, id Apostolis &
omnibus illorum successoribus commendavit Marc. 16. v. 15.
Ite in mundum unive sun, & predicatE Evangelium omni creatura.
Deus igitur est, qui dat Evangelistas Esa. 41. v. 27. Deus
est.

A 3

est, qui dat pastores juxta cor suum, *Ierem.* 3. v. 10. & c. p. 24.
v. 4. Deus est, qui dat Ecclesiae doctores ad justitiam. *Joel.* 2.
v. 23.

11. Cùm autem dictum sit, Totam Triunitatem ministerii
hujus causam esse, de singulis Personis id demonstrandum est.
12. *Patrem* causam esse hujus officii, constat ex illo Matth. 9.
v. 38. Rogate Dominum meum, ut ipse operarios extrudat in messam suam. 2. Corinth. 5. v. 18. Deus nos reconciliavit sibi per Iesum Christum,
& dedit nobis ministerium reconciliationis. Gal. 1. v. 16. Deus vocavit
me per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut ipsum per Evangelium
predicarem inter gentes.

Deus Pa-
ter.

Deus filius.

Deus Spi-
ritus san-
ctus.

Finiū Mi-
nisterii.

13. De *Filio* res plana est per illa, quæ proposuimus thesi
9; Possunt nihilominus adhuc plura addi testimonia. Prov. 9.
v. 3. & Luc. 11. v. 49. Sapientia Domini dixit: Mittam ad illos Proph
etas & Apostolos. Joh. 20. v. 21. Sicut misit me Pater, ita & ego mis
to vos. 1. Cor. 1. v. 17. Christus misit me, ut Evangelizarem. Videatur
quoque locus satis manifestus, Eph. 4. v. 10. & seqq.

14. De *tertia persona* testatur Petrus 2. Epistola cap. 1. v. 21
Spiritu sancto inspiratos, locutus esse sanctos Dei homines. Et
Act. 13. v. 2. Spiritus sanctus dicit: Prophetis & Doctoribus An
tiochenis: Segregate n̄hi Saulum & Barnabam in opus, ad quod as
sumptis eos. Item, Act. 20. v. 28. Paulus inquit: Spiritus sanctus posuit
vos Episcopos, ad regendam Ecclesiam Dei, quæ in acquisiitione sanguine suo.

15. Altera causæ ministerii externa, est *Finis*; qui est collectio
Ecclesiae, conversio & congregatio hominum ad vitam ac sa
lutem æternam, quam Jehova non alio vult operari modo,
quam per ministerium verbi & Sacramentorum. Hinc *Pau*
lus 2. Cor. 1. v. 18. nominat ministerium reconciliationis. Et 1.
Cor. 1. v. 21. gravissime inquit: Placuit Deo per fluentiam predicationis
salvos facere credentes. Urget etiam finem hunc ipse Christus
Ioh. 5. v. 33, ubi de ministerio Johannis affirmat: Ipse testi
moniorum probavit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio,
sed hoc dico, ut vos salvi statis. Sic Act. 11. v. 14. ad Cornelium dici
tur: Petrus loquetur tibi verba, per quæ salveris, & tu, & universa do
minus tua. Et iterum Act. 26. v. 18. Mitto te, aperire oculos illorum, ut
conver-

convertantur à tenebris ad lucem, de potestate sahinae d. Diuin, ut ac-
cipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctificatos perfidem
in me. Et 1. Corin. 15. v. 1. Notum vobis facio Evangelium, quod pre-
dicavi vobis, quod & accepistis, in quo & statu, per quos & salvamini. Itē
1. Tim. 4.v. 16. Attende tibi & doctrine: hoc enim faciens, & te
ipsum salvum facies, & omnis, quae audient.

16. Materia ex qua, sunt Personæ, quæ ad munus hoc à Deo
vocantur; quæ etiā causæ organicæ, sive instrumentales dicti pos-
sunt. Certas enim personas Deus ē mundo Ioh. 15. v. 19. hoc est,
universo genere humano, feligit, ac præcedente legitima vo-
catione, in munere suo confirmat.

17. Forma consistit in prædicatione verbi, & administratio-
ne Sacramentorum, ut paulò post audiemus. Intelligimus au-
tem inde ministerium hoc longissime differre, ab administratio-
ne sive potestate politica, cum qua nullo modo confundi
debet: sicut Christus ad Apostolos inquit, Luc. 22. v. 25. Reges
gentium dominantur cùs: vos autem non sic. Hactenus Definitio-
nis ministerii explicatio.

18. Ceterum requisita Ministri sunt, vel internum, vel externa.

19. Internum requisitum est Conscientia mediocris industria.

20. Mediocris industria consistit, partim in συνέσει, partim
in δύναμις ἐργασίαι.

21. Συνέσις est necessaria cognitio sacrorum literarum, &
principiorum capitum doctrinæ Christianæ. De hac loquitur
Syr. 18. v. 23. Ipse disce primum, ant. quam doceas alios. Mal. 2. v. 7.
Labia sacerdotis custodiunt scientiam, ut legem requirant ex ore eius. Et
2. Tim. 3. v. 13, Scio, à quo didiceris, & quod ab infancia sacras litteras
noveris, &c.

22. Δύναμις ἐργασίαι, quæ est facultas, animi sensa sci-
tè proferre, & cum aliis communicare. Hæc itaque facit mi-
nistrum didacticorū, ad docendum idoneum & aptum, ut sciat
ορθοτροπίαν τὸν λόγον τῆς αἱληθείας 1. Tim. 3. v. 2. 3. 4. 6. Tit. 1. v. 6.
7. 8. 2. Tim. 2. v. 2. 15. Matth. 18. v. 52. Siracid. 18. v. ult.

23. Externa sunt Legitima vocatio; & Fidelitas in singulis sui of-
ficii partibus obvindis.

Materia
ex qua mi-
nisterii.

Forma mi-
nisterii.

Requisita
Ministro-
rum.
Internum
conscientia
mediocris
industria.
Συνέσις.

Δύναμις
ἐργασίαι
τική,

24. Primum igitur requisitum ministri externum, est legi-
tima vocatio. Nequaquam enim sufficit jam explicata industria,
nisi & vocatio hac accedat. Quonodo ei im predicabunt, nisi mit-
tantur, Rom. 10. v. 15. Et nō mos illi sumat honorem, sed qui vocatur
a Dō, sicut Aaron, Hebr. 5. v. 7.

25. Dividitur vocatio in legitimam & legitimam. Quia tamen
divisio potius nominis quam rei est: quandoquidem illegiti-
ma vocatio, propriè vocatio non est, ut ex ejus descriptione
facile intelligitur.

Vocatio
legitima

26. Legitima igitur est, quam non commendat authoritas
Dei, quando nimirum quis temere invadit ministerium, &
propria autoritate munus docendi atripit. De hac & fal-
sis prophetis conqueritur Dominus per Jeremiam, cap. 23. v. 26.
etur eis, & non mittent nos.

27. Circa legitimam vocationem consideranda sunt duo.
I. Ipsa vocationis natura II. Ejus usus.

28. Natura explicatur, partim definitione, partim divi-
sione.

29. Definatur ergo ejusmodi vocatio quam commendat
authoritas Dei, quaque certa persona muneri Ecclesiastico pre-
ficitur, ut verbum Dei sincerè doceat, & sacramenta rite ad-
ministret.

30. Vocatio hæc simpliiter necessaria est. I. Propter glo-
riam Dei. II. Propter honorem ministerii. III. Propter soli-
tamen conscientiæ ministeriorum. IV. Propter conscienti-
am & obedientiam populi: ut nimirum sciat, se habere legiti-
mos ministros, ideoque illorum ministerio, obsequi debe-
re. V. Propter illegitimam vocationem, qua quis se
ipsum obtredit aut eligit in Ecclesiastico munere. Quod
nullo modo fieri debet, sed minister ab alio, qui potest, vo-
candus est. Nemo enim auctor sit honoris sed qui vocatur
a Deo, ut Aaron, Hebr. 5. v. 4. 5. Et quonodo predicabunt, nisi
missos avertatur; uti jam ex Jeremias audivimus. Hinc
Paulus

Pauli ut suum approbet Apostolatum, toties in Epistolis ~~vo~~
cationem suam allegat.

31. Dividitur porrò vocatio legitima, in immediatam & *Vocationis
mediatam.*

32. *Immediatae vocationis primum natura explicanda: De-*
inde ejus notæ sine ~~tempore~~ proponenda.

33. Naturæ immediatæ vocationis explicatur, partim per *et.*
definitionem, partim per modorum enumerationem.

34. Definitio sive descriptio talis dari potest: *Vocatio imme-*
diata sive extraordinaria est, quæ sit ab ipso Deo, sive filio Dei
apostolo & proximè, sine hominum operâ & ministerio.

35. Vocatio deinde hæc sit tribus modis. *Primus est, quan-*
do Deus nullo proorsus hominum suffragio adhibito, suâ voce
aliquem ad munus Ecclesiasticum vocat.

36. Talis vocatio fuit, primum Patriarcharum. Sic enim Abraham *Gen. 12. v. 1.* immediate vocatur, ut relicta majorum *idolomania (Iosu. 24. v. 2.)* nomen æterni *D* e*i* invocet *Gen. 21.*
v. 23. Item post ejus obitum Isaacus *Gen. 26. v. 24. 25.* Jaco-
bus *Gen. 28. v. 15..* Item Moyses *Exod. 3. 4.* Deinde Propheta-
tarum *Num. 12. v. 6.* Si quis fuerit inter vos Prophetæ Domini, in *visione apperebo ei.* Hinc adhiberi solet Prophetis Proemii-
um, arguens immediatam Dei vocationem: *Factum est verbum* *Domini ad Ieremiam, Jeremi. 1. v. 2. 5. Verbum Domini, quod factum* *est ad Oseam, Ose. 1. v. 1. Verbum Domini, quod factum est ad Ieolem,* *Joel. 1. v. 1. Factum est verbum Domini ad Ionam, Jon. 1. v. 1.* Et similiter de aliis *Mich. 1. v. 1. Zeph. 1. v. 1. Hagg. 1. v. 1.* Tertiò Apo-
tolorum. Hos enim ipse Christus vocavit *Matth. 4. v. 19. 21.* *Ioh. 1. v. 44. Matth. 10. v. 5. cap. 28. v. 19.* Denique alii Doctores, *3. Aposto-*
lorum.

4. Alii Do-
ctores.

quorum Coriphæus est, nempe mortalium ille, ipsius Christi
iudicio, omnium maximus, Johannes Baptista *Matth. 11. v. 11.* de
quo non minus quam de Prophetis dicitur *Luc. 3. v. 2. Factum*
est verbum Domini ad Iohannem Zacharie filium. Eadem quoque
ratio est, septuaginta discipolorum, quos ipse Christus designa-
vit, *Luc. 10. v. 1.* Item Apolustoli Pauli, quem idem vox cœlitus
emissa vocavit, *Acto. 9. v. 6. I. cap. 20. v. 24. Gal. 1. v. 1. 7. cap. 1.*
v. 10.

II.
Modus.

37. Secundus: quando Deus, adhibitis quibusdam, sed duntaxat, ut iaternunciis, divinam vocationem ac mandatum de-sunciantibus, aliquem vocat.

38. Hoc modo vocatus est Aaron, & sacerdos populi Israe-litici constitutus, tribusque Levi, nempe per Moysis interven-tum Exod. 4. v. 14. ca. 28. v. 1. Item Eliseus, quando ad ipsum E-lias mittebatur. In novo Testamento ita nullum à Christo vo-catum legimus, nempe quod ad Evangelii functionem attinet, sed duntaxat, certi cuiusdam operis respectu: Ut per Angelum iaternuncium vocatur Philippus ad Eunuchum baptizandum. Act. 8. v. 16. Ananias ad Paulum Apostolum baprizandum & consolandum, Act. 9. v. 10. 11. Atque tum Paulus, tum Barnabas, ex denunciatione prophetarum, non ad Apostolatunt sed ad primam illam ex Antiochia profectionem. Act. 13.

39. Tertius: quando Deus intrinseco afflatu huc atque illue-mittit homines.

40. Talis fuit Philippi, anteà Diaconi, & post Ecclesia Hierosolymitanæ dispensatoris profectione in Samariæ urbem, Apostolis ignorantibus Act. 9. v. 4. 5. 14. Talis etiam fuit voca-tio eorum, qui primi in Phœnicia & Cypro' Evangelium do-cuerunt, atque Antiochenam Ecclesiam, in scissis Apostolis sunt auspicati Act. 21. v. 20. 21. 22.

41. Nota extraordinarie vocationis tres præcipue numerantur. I. Prædicatione pura verbi Dei. Qui enim extraordinariam vocationem allegat, & verò pure verbum Dei non prædicat, is' extraordinaria vocatione legitimè vocatus non est. Vide Ierem. 23. v. 13. 21. 28. cap. 27. v. 15. 16.

42. II. Nota est, impetrata in verâ doctrina constantia, qualis fuit in Esaiæ. Isa. 3. v. 8. cap. 5. v. 8. ca. 6. v. 1. 2. 3. in ipso Chri-sto, Matth. 7. v. 29. Luc. 4. v. 18. 22. In Paulo Eph. 3. v. 4.

43. III. Est intredibilis, inexpetata, & plene extraordinaria ac stupenda laborum istiusmodi vocationis benedictio Dei, successus felicissimus, illiusque fructus & effectus, in reformatioне vitę mis-taculose splendens, Ecclesiae seges uberrima, & indies cre-

scens

II. Nota.

III. Nota.

Licens propagatio, etiamsi tumultuetur Diabolus, totusque mundus aduersetur. *Ieremi. 3. v. 8. 10. 19. Luc. 21. v. 16. Rom. 15. v. 18. 19. 2. Cor. 3. v. 3. cap. 10. v. 3. I. Thes. 1. v. 5.*

44. Addendum forsitan videtur & donum miraculorum, quia immediate vocati, plerique eo erant celebres. Verum iste hæc nota perpetua non est. Nam Johannes Baptista extraordinariè vocatus, nulla edidit miracula: neque Oseas, neque Sophonias, neque Aggæus, neque quidam alii Prophetæ extraordinatiè vocati, miraculis claruerunt.

Donū mi-
raculorum
non est no-
ta perpe-
tua.

45. Hæc *texmīcra* diligerent annotanda sunt, nec cuivis spiritui, extraordinariam vocationem, ex unius Dei intrinseco afflato profectam, iactanti, protinus credendum.

Vocatio
mediata.

46. Ceterum vocationem mediata considerabimus I. defini-
nitivè. II. Quomodo ab immediata distinguatur.

47. Definitio primum proponenda, deinde resolvenda est. Propositur autem talis. *Mediata vocatio* est, per quam certa quedam persona muneri Ecclesiastico praescitur, mediantibus hominibus, quibus id juris propriè competit.

Quid sit.

48. Definitio hæc, quia causalis est: duæ potissimum causæ annotanda sunt: causa materialis, sive materia circa quam, si-
ve objectum: Deinde causa efficiens.

49. Materia circa quam, sive objectum, est persona vocan-
da qua tribus virtutibus ornata esse debet. I. Ut sit orthodo-
xa, hoc est, sancta in fide, & tenax fidelis illius sermonis, qui ad doctrinam facit, ut possit exhortari doctrinâ sacra, & contra-
dicentes convincere. II. Ut sit ἀειπίληπτος, sive ἀνέγυληπτος.

Materia sive ob-
jectum.

integer vita, scelerisque purus, ne virtutem aliquod notabile il-
lis autoritatem adimat, & ministerio ignominiam afferat.

3. Ut sit διδαχεύων ad docendum idonea, noritque ὄρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς αἱληθείας I. *Tim. 3. v. 2. & seqq. Tit. 1. v. 6. & seqq.*

2. *Timoth. 2. v. 15.*

50. Causam efficientem constituunt homines, penes quos est jus & potestas vocandi ministros. Ubi duo consideranda. I. Quinam habeant hanc potestatem. II. Quem habeat or-
dinem hæc actio sive vocatio.

Cause ef-
ficacis.

31. Ad priorem quæstionem quod attinet, notum est, jus vocandi esse celebre illud pomum Eridos, cuius objectu in Ecclesia quam sæpiissime, admodum periculosa excitavit Sathanas dissidia.

32. In Papatu Clerici, cæteris secularibus omnibus plane exclusis, jus illud ac potestatem, sibi solis arrogabant: quemadmodum etiamnum hodie sacrilegium hoc Jesuitæ defendere non verentur.

33. Posteaquam Magistratus dignitati suæ, Dei beneficio, restitutus est, multis in locis malam rependit Evangelio gratiam, quando sæpenumero non querunt, an persona sit idonea, aulici, sed propter affinitatem, vel lucrum, vel aliam quædam causam non causam, Episcopis præscribere non erubescunt, quosnam quartam ordinare debeant. Ut & hoc loco multum peccare solent plerique nobiles, qui jure patratus abusi, non vitam, mores, eruditio nem respiciunt in pastoribus vocandis: sed vel proprium commodum, vel voluptatem intuentes, ejusmodi homines promovent, quos vident aptos, scribæ & quæstoris muneri simul obeundo, vel immanibus pululis exiccan dis, vel aliis rebus adhibendis. Profectò in ejusmodi patronos, non minus, quam in Jerobeamum, quadrat illud scriptura I. Reg. 13. v. 33. De novissimis populi, aut éfœ vulgi constituit sacerdotes: qui placuerant ipsi, huius manus implebat. Tandem neque id scriptura consentaneum, neque ministerio honorificum, quando senatus alicubi oppidanus, vel etiam promiscuum vulgus, absque principis vel consistorij præscitu sive consensu, ministros verbi, suopte lubitu vocat ac removet,

34. Ejusmodi igitur *απεξιας*, confusionibus, & impietatis rejectis, statuimus penes totam Ecclesiam, & singulos eius ordines sive Hierarchias confiltere jus vocandi ministros.

35. Id quod I. probatur in genere: II. In specie per singulas hierarchias. In genere quidem: I. cujus sunt ministri, ille habet potestatem vocandi ministros: At ministri verbi non sunt unius vel alterius ordinis in Ecclesia, sed sunt totius Ecclesiae

Ius vocandi
penes totam
Ecclesiam &
singulos
eius ordi-
nes.
probatur.
I. in gene-
re. II.

Ecclesiæ: Ergo tota quoque Ecclesia, non certus aliquis ordinis vel hierarchia habet jus vocandi ministros. Major certa est. Minor probatur: Quia Apostolus. I. Cor. 3. v. 21. inquit: *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas.* Alloquitur autem non unam duntaxat Ecclesiæ partem, sed totam Ecclesiæ. Nam Petrus quoque & Barnabas dicuntur constituisse Presbyteros in Ecclesiis, non privato arbitrio, sed salutariibus consiliiis populo praeundo, & tamen populo suffragia sua, sive consensum, manuum porrectione declarante. Act. 14. v. 23. Et 2. Cor. 8. v. 19.

56. Deinde justa ratio id dictitat: Unde Leonis Magni enunciatum presumptum est: *Qui prefaturus est omnibus, ab omnibus eligatur: Jam pastor debet omnibus praesesse;* Ergo etiam ab omnibus debet eligi.

57. Tertio idem confirmatur observatione & consuetudine primitiva Ecclesiæ. In locum enim Athanasi victoris alias electus fuit Episcopus suffragio omnium Ecclesiæ ordinum, uti testatur Theodoretus lib. 4. cap. 20. his verbis: Αθανασίῳ τῇ νησὶ Φέρᾳ μετὰ τὸς πολλὸς αγῶνας, καὶ τὰς ιραρίμας σεφάνους, λύσιν τῶν πόνων εἰληφότῳ, καὶ εἰς τὴν πόνων ἐλευθέραν βιοτὴν μετασειτῷ. Πέρητῷ ἀντρὶ σέρσος τὴν ἀρεοδέξιαν ἐδέξατο: πέρητης μὲν τῆς μακαρίας ἐκεῖνης φησιουμένης αὐτοὺς κεφαλῆς, πάντων δὲ συμψήφων γεγενημένων, καὶ τῶν ἵερωμένων, καὶ τῶν ἐν τέλει καὶ σεξιώμασι: καὶ ὁ λας δὲ ἀστας ἐν Φημιαῖς εὐθλύν τὴν ηδονήν. Postquam Athanasius vicerit, multis certaminibus confectus, & coronis totidem reportatis, huius vite laboribus eruptus, & in alteram vitam molestis liberam translatus esset: Petrus, vir optimus, presulatum illum obtinuit, cum quidem Athanasius etiamnum vivens, ipsum successorem designasset, eiusque suffragio assensu sufficentes omnes, tam I. Sacerdotes, quam II. in dignitate magistratus constituti: III. Populus vero universus, quantum inde voluptatis percepisset, faustis acclamationibus demonstravit. Et iterum apud eundem lib. 5. cap. 9. nomine Sy. nomi nodi Constantinopolitanæ scribitur ad Episcopos Romanam convocatos: *Ecclesia Constantinopolitanæ recens edificata, Reverente*

dissimum, Deinde amantissimum Nestorium, in concilio generali, communione omnium consensu, praesente Theodosio Imperatore religiosissimo, totius denique cleri, totiusque civitatis suffragiorum, Episcopum constituiimus.

II.

Probatur
in specie
persingu-
lari Hierar-
chias.

2. Adhi-
bendi mi-
niscriver-
bi.

2. Adhi-
bendus or-
do politi-
cus.

Primitiva
Ecclesia
Novi Te-
stamenti.

48. Porro per singulas in specie Hierarchias idem hunc in modum probatur. Et I. quidem ad electionem novi correctionis sive pastoris, adhibendos esse ministros verbi, quibus inspectio & cura Ecclesiarum propriè incumbit, probatur. Paulus enim & Barnabas ad specialem vocationem Apostolatus inter gentiles obeundi, segregati, & solenni ordinationis ritu inaugurati, ac dimissi sunt ab iis, qui Antiochiam Ecclesiam administrabant. Act. 13. v. 3. Hi porro Seleuciam, Pamphyliam & Lycaoniam pervagati, Act. 14. v. 22, in Ecclesiis Presbyteros constituunt, ac Timotheum Lystris inventum (Act. 16. v. 1.) Episcopum renunciant. Titus quoque in Creta relinquitur, ut oppidatim Presbyteros creet ac constituat,

59. II. Quod attinet ad Politicum ordinem, is qui prius est & Christianus, vel saltem Christianæ religionis tolerator, ab hoc negocio excludi minimè debet: Quandoquidem Reges sunt nutriti, vel potius, juxta Idiotissimum Hebreæ linguæ, sunt tutores & curatores Ecclesia ac Ministrorum ejus Esa. 49. v. 23. Hinc Moses Israelitarum Dux ac Prorex (Deut. 33. v. 5.) jubetur, ut Aaronem ac filios ejus, super cultum sacerdotii constituat, Num. 3. v. 10. David sacerdotibus certas vices prescribit, ac testamento nuncupat. 1. Paral. 24. v. 5. & seqq. Sic juxta mandatum Regis Josiae reparatur omne Domini ministerium, ut sacerdotes & Levitæ, suo quisque ordine consistant, 2. Paral. 35. v. 10. Hoc vero Josiae mandatum, non ex privato arbitrio, aut cerebro proprio confluxerat: sed ex verbo Dei haustu, accepterat. Dicitur enim expressè 2. Par. 29. v. 25. Rex constituit Levitas, secundum dispositionem David Regis, & Gad videntis Regis, & Nathan Prophetæ: siquidem Domini præcipuum fuit per manum prophetarum ejus.

60. Primitivam Ecclesiam Novi Testamenti, quod attinet longè alia inibi fuit ratio, atque olim in Veteri Testamento, aut etiam nostro seculo. Non enim poterant Magistratus suffragia satis

satis tute requiri, multò minus impetrari. Quandoquidem plerique Imperatores, Reges ac Principes, non tantum à Christianorum religione ac doctrina abhorrebat: verum etiam il-
lam ferro ac igne sæpiissimè persequebantur.

61. Atque hinc factum, ut hic nulla propemodum dari possunt exempla, usque ad tempora Constantini Magni. Sufficiat igitur hac in parte generalis Dei dispositio, quā Magistratus in genere Ecclesiæ cura committitur, quæ inter alia quoq; requiri, ut ipsi de idoneis Doctoribus sive pastoribus prospiciatur, *Esa. 49. v. 23.* In specie notandum, quod Romæ tantum olim valuerit Imperatoris auctoritas in Episcopo creando; ut Gregorius Epist. 5. lib. 1. se ipius iussu in Ecclesiæ gubernaculis constitutum esse dicat: cum nimirum antea solenni ritu, à populo fuisset expeditus.

62. III. De tertia Hierarchia nullum quoque est dubium quin & illius consensu requiratur. Actorum enim *a 15. v. 22.* legimus: *Placuit Apostolis & senioribus, cum OMNI ECCLESIA, eligere viros ex iis, & mittere Antiochiam, cum Paulo & Barnaba: Iudam, qui cognominatur Barsabas, & Silan, viros ἡγεμόνες* (hoc est, interpretante Epistola ad Hebr. 13. v. 7. 17. præpositos vel doctores) *primos in fratribus.* Sic de electione Matthias Petrus *Act. i. v. 15.* in medio discipulorum, aut turba hominum fere centum virginis publicam habet concionem. Et in Veteri Testamento, Moses Eleasarum coram *OMNI MUL TITUDINE Sacerdotem* designasse legitur *Num. 20. v. 27.*

63. Hanc postmodum consuetudinem, semper pii & reli-
giosi antistites in Ecclesia observarunt, ne quis invitis obtru-
dereetur. In Ambrosii electione ratio habebatur primum plebis,
illum depositentis: cuius judicio acquiescebat Imperator Va-
lentinianus & præsentes Episcopi, *Tripart. hist. lib. 7. c. 8.* Et
Cyprianus lib. 1. Epist. 4. *Plebs, inquit, maxime potestatem habet,*
vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi: *Hac enim optime*
novis viis & mores cuiusq; Et Theoderitus quod etiæ exemplū antea
allege-

3. Populi
consensus
requiri-
tur.

Ambrosii
electio &
vocatio.



allegavimus) cum refert Petrum ab Athanasio successorem nos minatum, continuo adjungit : sacerdotalem ordinem ratum id habuisse : Magistratum & primores, populumq. universum suum acclamatio ne probasse , Eccles. hist. lib. 4. c. 20 . Augustinus senio confessus, Evadium coram Presbyterio & notariis sibi successorem nominabat, populoque vicies acclamante ; Dignus & iustus est : bene meritus, bene dignus.

Evidiu-
catio in
locum Au-
gustini.

Quomodo
per decre-
tum Syno-
di Laodi-
censis tur-
bis electio
non per-
mittatur.

64. Quia vero postea populus per seditiones, malos saepe & ingenos deposceret, cautum & sanctum est in Synodo Laodicensi, canone 13. Ne turbis electio permittratur. Cujus tamen Canonis mens non est, consensum plebis planè excludendum esse, id quod vetitum fuit in concilio Antiocheno : sed sufficere, si priores Ecclesie, viri nempe honesti ac firmioribus judiciis prædicti, à reliqua multitudine cum plenaria potestate sint electi, ut totum ordinem economicum referant.

65. Atque hic ordo non caret suo certo fundamento in scriptis literis. Nam Moses in causis alicuius momenti, non totum populum, sed seniores tantum cogebat Exod. 3. v. 16 vel primatos Exod. 2.4. v. 9. 11. numero septuaginta & duos Num. 11. v. 24. nempe è qualibet tribu senos, qui totum representabant exercitum Israëliticum. Sic in Ecclesia Apostolorum duo erant genera πρεσβυτέρων sive seniorum: prius illorum, qui erant ministri verbi: alterum illorum, qui à ministerio verbi immunes. Ecclesia tantum, ut morum ac virtutum censores, præerant, ut eo facilius disciplina Ecclesiastica conservari posset. Act. 20. v. 17. 23. 1. Tim. 5. v. 1. 17. Testatur id etiam Ambrosius in 1. Tim. 5. his verbis: Et Synagoga, & postea Ecclesia seniores habuit, quorum sine consilio nihil agebatur in Ecclesia. Et Tertullianus in Apolog. cap. 39. & 40. Corimus, inquit, in ceterum, & congregationem. Icidem etiam exhortationes, castigationes, & censura divina. Nam & audieatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei confessus summaq. futuri iudicium præiudicium est, si quis ita deliquerit, ut à communione orationis, & conventus, & omnibus sancti committitur relegetur. President probati quique SENIORES, honorem istum non prelio, sed testimonio adopti: neque enim prelio ultra res Dei constat.

Ep. Cate.



66. Ex hac tenuis igitur explicatis, facile intelligitur, quod jus & potestas vocandi ministros verbi sit penes totam Ecclesiam, & singula ejus membra.

67. Ceterum ordinem hujus actionis sive vocationis, qui *Ordo vocati* hodie in benè constitutis Ecclesiis observari solet ac debet, *tionis ministeriorum.* quod attinet, is breviter ita sese habet: I. Qui minister futurus est, ab iis, quorum jus est, nominatur. II. Nominatus, an idoneus sit tentatur & examinatur. III. Examinatus & idoneus inventus, Ecclesia commendatur. IV. Ecclesia suffragia nostra minister ejus declaratur. V. Ita legitimè declaratus, legitimè est vocatus, atque unus ex numero illorum, quibus concessa est potestas Ecclesiastica, cum ordinis, cum jurisdictionis.

68. Nonnulli addunt Sextum, nempe *Ordinationem*; quæ sollet adiungi. Verum ea non pars vocationis, sed potius publica inauguratio, non simpliciter necessaria.

69. Est enim ordinatio ritus, quo capessenti ministerium, per impositionem manuum inter preces Ecclesiæ publicum legitime vocationis datur testimonium.

70. Diximus ritum hunc non simpliciter necessarium est. *Ordinatio non est sim-* Id licet sit verissimum, cùm loco ejus manus porrectio-*pliciter nec-* ne, fidei, amoris, societatis & confessionis in doctrinā, symbo-*cessaria:* lolo, uti possumus, exemplo Apostolorum, qui Paulo ac Barnaba dextram societatis dederunt: nihilominus temerē negligendus nō est. I. Quia omnia debent fieri in Ecclesia *xarà t merecendo* τάξιν ήγιεινούσας. II. Quia est ritus vetus & limus, etiā Apostolorum temporibus usitatislimus. III. Quia hujusmodi bencditionis symbolo ministerii dignitas populo commendatur. IV. Quia ipse, qui sic ordinatur sive inauguratur, atque in sua munera possessionem mittitur, de sua vocatione sit certus, nec non de duobus potissimum admonetur. I. Non amplius se suū esse juris sed Deo Ecclesiæ in servitatem addictum. II. Sibi non exiguum, sed magnum & arduum imp̄sistum esse onus aegroto inde sibi scilicet Deum invocandum, ut suo officio par esse possit.

*De ordinatio
tione quid
statuene
dum.*

*Ordinatio
non est sim-
pliciter nec-
cessaria:*

non rameo

& merito

gigenda



*Mediate
& imme-
diata vo-
catio quo-
modo di-
stingu. se
tute.*

92. Inde eis modi colligimus *modi vocis*: *Vocationem legitimam mediatam, & quae divinam esse, atq. immediatam.* Probatum enim est, eam & quae esse à Deo. Et Apostolus Paulus Ecclesiæ Ephesina Presbyteros Miletum evocatos & à se ministerio inauguratos, ita alloquitur, Act. 20. v. 38. *Attende vobis, & unius verso gregis, in quo vos Spir. sanctus posuit Episcopos pastere Ecclesiam Dei.*

72. Sequitur nunc ut videamus, quomodo vocatio haec media-

ta, distinguatur ab immediata. Datur autem quadruplex discrimen,

73. I. Ordinaria sive mediata vocatione vocati, tantum unius præficiuntur loco: Sic Apostoli dicuntur suffragiis constituisse Presbyteros *parochias*, per singulas Ecclesias: Extraordinariæ sive immediate vocati potestatem ubique docendi habebant: ut Apostolus Paulus incertis sedibus hinc inde vagabatur 1. Cor. 4. v. II. fideles ubique in omnibus Ecclesiis. 1. Cor. Corinth. 4. v. 17. exhortabatur, Act. 22. v. 15. cap. 26. v. 22. Imo per circuitum omnia loca, usq; ad Illyricum, Evangelio replebat Rom. 15. v. 19.

74. II. Mediatè vocati ad formam sanorum verborum scriptis Prophetarum & Apostolorum comprehensam, adeò sunt alligati, ut extra hanc nihil novi proferre ausint; juxta illud Malach. 2. v. 7. *Labia sacerdotis custodian scientiam, & legem Domini requirant ex ore eius: quoniam Angelus Domini exercituum est.*

Et Paulus 2. Timoth. 1. v. 13. inquit: *Formam habere sanorum verborum, que à me audivisti in fide & dilectione, in Christo Iesu.* Vide etiam sequentia loca Tit. 1. v. 7. cap. 2. v. 1. 2. Timoth. 1. v. 3. 2. Iohann. 1. v. 9. Contra immediatè vocati poterant interdum nova proferre dogmata, modo prioribus in fundamento non essent contraria. Ut Mefistofelis primò tantum in genere constituta erat posteritas Abrahæ. Gen. 22. v. 18. Isaaci Gen. 26. v. 4. & Jacob ibidem 28. v. 14. Quæ postquam maximè esset aucta, Jacobus ante obitum certam tribum definit, Gen. 29. v. 10. Longe tempore post Nathan, domum sive familiam David designat. 2. Sam. 7. v. 12. 19. Esaias insuper Matris qualitatem c. 7. v. 15. & fortunam c. 11. v. 1. Micheas denique c. 5. v. 1. loci sive oppiduli nomen adjiciebat. Sic singuli Prophæ

phetæ de passione, morte, ac resurrectione Christi vaticinantes, subinde novas addebat circumstantias: quæ tamen cum prioribus minimè pugnabant, verum potius maximam iis lucem adferabant.

75. III. Mediatè vocati non sunt instructi dono miraculorum, idque propterea, quia illis Ecclesia non amplius indiget, cum Evangelii doctrina jam antea miraculis Christi & Apostolorum, satis superque sit confirmata. *Hebr. 2. v. 3.* Atque hic valer illud Christi *Luc. 16. v. 29.* *Habent Mosen & Prophetæ, audiunt illos item illud* *Matth. 12. v. 39.* Generatio praya & adiuvera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ione Propheta; hoc est, concio de Christo mortuo & resuscitato. Et notatum dignum est illud Augustini lib. 22. de civitate Dei cap. 8. Miracula necessaria fuerunt priusquam credere mundus. Qui quis abhuc prodigia, ut credat, inquirit magnum est ipse prodigum, qui mundo credente non credit. Contraria immediate vocati dono miraculorum erant ornati, ut Moses & Aaron, *Exod. 3. v. 5. 8. cap. 7. v. 9.* Elias *I. Reg. 18. v. 24.* Iesuas, *cap. 20. v. 11.* Apostoli *Mat. 26. v. 17. Act. 19. v. 11. 12. 20.*

76. IV. Mediatè vocati in politicum imperium se immiscere non debent, sed tantum Ecclesiastica munia obire coguntur *Luc. 22. v. 25.* Reges gentium dominantur, & qui potestatem habent, beneficia vocantur. Ios autem non sic; sed qui maior est in vobis, si affectus minor, & qui princeps est, sicut minister. *1. Pet. 5. v. 23.* Pascite Gregem, qui penes vos est, curam illius agentes, non coacte, sed libenter, non turpiter affectantes lucrum sed prompto animo: neque ut dominantes cleris, sed ut qui sitis exemplaria gregis. Qui vero immediate vocati erant, illi simul curabant res politicas, ut Amazias, Prophetæ suau, exercitum collectum dimittit, *2. Par. 25. v. 7.* Sic Joas *2. Reg. 17. v. 2.* Joadæ summo sacerdoti, quemadmodum & Ussias *2. Par. 26. v. 5.* Zachariæ aliquantisper non sine fructu obediunt.

Atque hoc quoque de distinctione mediate & immediata vocationis:

77. Hactenus igitur de legitimæ vocationis natura & essentiæ egimus: restat ut pauca de ejusdem usu subjiciamus: qui quadruplex est.

Vt us legitime vocatio
time voca-
tionis que-
druplex.

78. I. Est tranquillitas conscientia. Minister enim verbi legitimè vocatus, certus esse potest, se non proprio ac temerario ausu, sibi ipsi munus hoc artogasse, & in Ecclesiæ sacra involasse sed legitimè vocatum illud accepisse: ideoque omnes actiones suas, Deo gratas & acceptas fore acesse. De usu hoc loquitur Apostolus 2. Cor. 1. v. 12. Gloriatio nostra hac est, testis monium conscientia nostra. Et Hebr. 13. v. 18. Confidimus, quid bonam habeamus conscientiam. E contrario, qui legitimè votati non sunt, perpetuis sua ipsorum conscientia stimulis punguntur, perpetuisque dubitationum fluctibus agitantur, ac quassantur. Vir enim dupliciti animo, vel dubitabundus, inconfitans est in omnibus viis suis, Iacob. 1. Et tales sunt illegitimè votati. Non enim per ostium intrarunt, sed furum ac latronum instar, aliunde irruperunt Ish. 10. v. 4.

79. II. Est πληροφορία, fiducia in vocatione. Legitimè vocatus confidenti & constanti animo in ministerio versatur. Confidentiam hanc & constantiam, tūm exempla Apostolorum, tūm testimonia probant. Senatus Hierosolymitanus miratur Petri & Johannis in dicendo libertatem, Act. 4. Et tota Ecclesia petet à Deo, ut det servis suis, ut cum omni fiducia loquuntur sermonem, Ibid. Sic Stephanus Act. 6. dicitur plenus gratia & fortitudine fuisse. Paulus juber Ephesios professe orare, ut sibi detur sermo in apertione oris sui, cum libertate, ut notum faciat mysterium Evangelii Ephes. 6. & Coloss. 4. idem postulat. Item I. Thes. 2. dicit, se audacter egisse in Dominino nostro, ad loquendum Evangelium Dei. Et Tit. 2. ait: Argue cum omni precipendi studio, nemo te despiciat. Contrà illegitimè votati nullā fiduciā, neque constanti ac forti animo in ministerio versari & operari possunt, neque etiam auxilium & scopem à Deo vel petere vel sperare: ut testatur Jacobus v. 6. Qui habitat in simili est simili in misericordia quae venturis agitatur. & impetratur. Talis homo non existimet, se quicquam acceptur a Deo.

80. III. Est felix ac prosper successus in laboribus ordinatis.

sariis. Adest enim Deus piis ac legitimè vocatis ministris, & ut eorum ministerium efficax sit, solus efficit. Quod partim in genere, partim in specie probatur.

§1. In genere quidem: Syr. 39. v. 10. Deus dat consilium & doctrinæ eius felicem successum. Esa. 55. v. 11. Verbum meum quod egreditur ex ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet, quæcumque volui, & prosperabitur in his, id que misi illud. Et iterum Esa. 61. v. 6. 8. Vocabmini sacerdotes Domini, & ministri Dei; & dabo opus eorum in reitate. Sici. Cor. 15. v. 56. Labor vester non erit inanius in Domino.

§2. In specie, Primum enim per ministerium legitimè vocatorum pastorum, Deus operatur veram ac salutarem auditorum conversionem: id quod confirmant exempla. Nam Act. 2, per vocale ministerium Apostolorum, Deus compungit corda Judæorum, & impertit eis fidem, & convertuntur animæ circiter ter mille. Philippus Samaritanus prædicabat Christum, & intendebantur bæ his, quæ dicebantur a Philippo, & factum est gaudium magnum in illa civitate: cumque credidissent Philippo evangelizanti de regno Dei, deque nomine Iesu Christi, baptizabantur viri simul ac mulieres. II Per illorum ministerium largitur Deus fidem. Rom. 10. v. 18. III. Dat Spiritum sanctum. Adhuc enim loquente Petro, Act. 10. cecidit Spiritus sanctus super Cornelium & familiam ejus. Sic Petro & Johanne pro Samaritanis orantibus, accipiunt Spiritum sanctum. Act. 8. IV. Dat iustitiam, 2. Cor. 3. v. 9. V. Adducit homines ad obedientiam fidei Rom. 16. v. 19. VI. Illuminat homines 2 Cor. 4. v. 6. VII. Liberat ex laqueis Diaboli, 2. Cor. 4. 2. Tim. 2. Parit filios, & in iis format Christum. Gal. 4. VIII. Spargit bonum de Christo odorem, 2. Corinth. 2. v. 16. IX. Affert benedictionem, Rom. 16. v. 20. X. Communica consolationem, Rom. 1. v. 16. XI. Societatem cum Deo, 1. Ioh. 1. &c.

§3. Contrà illegitimè vocati omni hoc successu carent: idque non tantum, sed insuper & sibi, & auditoribus accersunt exitium. Syr. 34. v. 10. Erronei spiritus plurimum patiunt malum. Esa. 9. v. 15. & 16. I. r. b. ta, qui do. et mendacium, ipse est cauda. Et

erunt beatificantes populum istum, errare facientes, & beatificari cūa,
perdīti. Jer. 23. v. 21. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant. Se-
duxerunt populum meum in mendacio suo, & nūgūsūs, cum EGO NON
MISERAM EOS, nec quicquam mandassem eis, qui NIMIL PRO-
FUEUNT populo huic, dicit Dominus. Item c. 27. v. 10. Mendacium
prophetarū vobis, ut longē vos faciant de terra ista, & eiiciant vos &
PEREATIS. 2. Pet. 2. v. 1. 2. 3. Fuerunt autem & pseudoprophetæ
in populo, quemadmodum & inter vos erunt falsi doctores, qui clamare
erodūt sc̄tas pernicioſas, etiam Dominum, qui illos mercāns est, ab-
negantes, accersentes sibi ipsiſi cōlorem interitum. Et pleriq; sequuntur ihs
lorum luxurias: per quos via veritatis maledictis officietur, & per avar-
itiam sc̄titū sermonibus, de vobis negociabuntur: quibus iudicium non
olim non tardat, & perditione illorum non dermitat.

4. IV. Est magnanimitas & constantia in persecutionibus, &
omnibus aliis calamitatibus. Oportet enim fideles & legitimè
vocatos ministros misericordias multas à Diabolo, mundo, perfec-
toribus, falsis doctoribus ac fratribus illis obvenientes, perfec-
re. Petrus in priori Epistola, multa de cruce Christianorum dis-
serit, que etiam ad fideles ministros pertinent. Sic Johannes
passim in Epistolis suis docet mundum odio pios habitutum.
Et in septem Epistolis ad septem Ecclesiās Asiaticās perse-
cūtis, tum Ecclesiāz, tum earundem doctores de cruce monen-
tur, Apoc. 2. v. 2. 3. Apostolus Paulus quoque in sententia
hanc multa scribit, Cor. 4. Arbitror, quod Deus nos, qui sumus Apo-
polis postrem ostenderit, tanquam morti adductos: que iam spectaculum
facti sumus mundo &c. Videatur etiam 2. Cor. 4. v. 8. 9. c. 6.
7. 8. & seqq. cap. 11. v. 23. & seq. Ephel. 3. Col. 1. v. 24. 2. Tim. 2.
adhortatur Timotheum, ut sit particeps afflictionum Evan-
gelii. Et 2. Tim. 3. generalem tradit de suo exemplo regulam,
quod omnes, qui velint p̄ in Christo vivere, persecutionem
passuri sint. Item ibid. cap. 4. Timotheum jubet vigilare in
omnibus, & obdurare in afflictionibus, opus peragere Evan-
gelista & ministerium suum ad plenum probatum reddere;

5. Qua-



85. Quæ cum ita sint, magnanimitas & fortitudo maxima
in pio ministro ac fideli pastore requiritur: ad quam horratur *Magnanimitas*
Syc. Io. v. 31. Fili, in rebus adversis ingenti h[ab]s animo, atq[ue] vocatione huic *Fortitudo*
firmitus adh[er]ere, ad quam te D'EV S vocaverit. Exemplum desideras? *ministro*
En tibi illud Esaiæ, qui cap. 49. v. 4 s. queritur: *E. ultra labo: a-
ri, & vane fortitudinem meam consumpsi: veruntamen iudicium mis-
simum cum Dominis, & opis meum, cu[m] Deo meo. Simili plane modo*
Jeremias vocatione sua fretus (cap. 1. v. 7. 8.) in summis angu-
stis ad Deum inquit; *Dominus tu persuasi mihi, & ego sum passus*
mihi persuasi, cap. 20. v. 7. Idem h[ab]tibus suis opponit cap. 26.
Ecce ego in manus vestris sum: facite mihi, quod bonum & rectum est
*in oculis vestris. Virum scitote quod si occident me, sanguinem inscen-
tem trudetis contra vos in tempore, & contra civitatem istam & habitato-
res eius: quoniam in veritate MISIT ME DOMINUS ad vos, ut omnia*
verba h[ab]e loquerer in auribus vestris. Huc pertinet & illud Apostoli
Act. 20. v. 24. *Nihil horum vereor, neque vita mihi preiosissima est, dum*
modo ego consummèr eum meum cum gaudio, & ministerium, quo
aceps a Domino Iesu ad testificandum Evangelium gratiae DEI.

86. Quid etiam metuante Ministri? Cum Deus se illis ade-
futu[m], eosq[ue] ex magnis periculis excepturum, & tandem in vi-
ta eterna, premia pro molestiis ac laboribus daturum promis-
tat. Sic Act. 18. Dominus dixit ad Paulum per visionem: *No-*
li timere, sed loquere, & ne taccas, propter quod ego sum tecum, &
nemo adoriet te, & affliget, quoniam populus est mihi multis in hac
civitate. Et Paulus 2. Tim. 3: inquit: Tu vero affectatus es doctrinam
*meam, institutionem, propositum, fidem, lenitatem, charitatem, patienc-
tiam, persecutiones afflictiones, que mihi acciderunt Antiochiae, Iconiis,*
Lysistris, quas persecutiones sustinuerim, & EX OMNIBUS ERIPUIT
*ME DOMINUS. Item 2. Tim. 4. In prima mea defensione, nemo mi-
hi adfuit, sed omnes me desererunt, ne illis impunetur: sed DOMINUS*
*MIHI ADEFUIT, & corroboravit me, & exceptus fui ex ore leonis, & eri-
puit me Dominus ab omnib[us] malo, servabit in regnum suum celsis.*
De premiis ita loquitur Petrus, 1. Epist. 5. *Cum apparuerit ille*
pastorum princeps, reportabit immarcessibilem coronam glorie. Videat
tur 1. Cor. 9. v. 7. & seqq. cap. 15. v. 42. 2. Tim. 4. v. 8. 1. I bes. 2. v. 2.
Apoc. 2. v. 30.

*Qui legitimè vocati sunt
timi voca-
tionem nō
habēt sunt
eimidi.*

*11. Requi-
si-um Mi-
nistrī ex-
ternū :
fidelitas in
singulis of-
ficiis suis
partibus.*

*12. Requisi-
tū exter-
num : Iu-
vocatio.*

*13. Potestas.
Ordinū.*

37. Ut autem legitimè vocati fortes & magnanimi sunt: ita contrà qui legitimam vocationem non habent, timidi ac pusillanimi: indeque levi persecutione exorta labant, & fugā sibi consulunt: de quibus loquitur Christus Job, x. v. 12. Mercenarius videt lupum vententem, & deserit oves, & fugit, quia mercenarius est. Et Syracides inquit c. 10. v. 32. Qui eum amat, qui de vocatione suā dubitat? Et quomodo ille honorem suum tuebitur, quis ipse de vocatione incertus est?

38. Atque haec tenus de ministrorum vocatione, sequitur nunc alterum ministri requisitum externum, nempe fiducias in singulis sui officiis partibus. Hanc enim solam Spiritus sanctus ad ministru verbi legitimè vocati exigit.

39. Insigniores igitur muneris Ecclesiastici partes sunt, iuratio & potestas.

40. Invocationem enim dñi i Numinis seriam instituere debet, pro felici laborum suorum successu, & totius Ecclesiae in columitate. i. Sam. 12 v. 23. Absit à me hoc peccatum in Demum, ut cessenor reprobo vobis. Eph. 3. v. 14. Electi genua mea ad pectus corroborationis spiritum eius. Et Thes. 1. v. 21. Oramus semper pro vobis.

41. Potestas est vel ordinis, vel iuri dictioris ut loquuntur.

42. Potestas ordinis est quam ministri exercent, pascendo gregem.

43. Pascit autem gregem, partim verbo, partim dispensatione sacramentorum.

44. Verbum presupponit necessitatem: Primum assiduum sacrarum scripturarum lectionem & meditationem. Episcopus enim sumiteret, tenet eum, qui secundum doct. in me est, sermonem, ut poterit, & exhibet in dñi a sapientia, & eis, qui contradicunt, arguere. Tit. 1. v. 9. Deinde singulare judicium, ut verbum Dei publicè ac privatim recte seetur, atque ea solùm proponantur quæ ad publicam adificationem sunt accommodissima: nempe veritas propugnetur, omnes & singuli de futuris calamitatibus.

bus, quæ Evangelij prædicationem sequi & comitari solene, moneantur, idque exemplo Christi & Pauli Ioh. 15. v. 18. &c. 6. v. 2. 1. Thess. 3. v. 4, mœsti exhibarentur, nutantes conſirmentur, effantes excitentur, justitia, fides, spes, charitas, bona opera, tum publicè tum privatim inculcentur: Contrà verè noxii errores, tam in doctrina, quam in virtù ac moribus, justo zelo, liberè absque ullo personarum respectu, & pravo aliquo animi affectu, taxentur. Pertinet huc mandatum primum Christi Matth. 28. v. 20. Docete eos servare omnia, quæ mandavi vobis. Deinde Pauli 2. Tim. 4. v. 2. Pradica verbum, inſta oportune & impetu argue, increpa & exhortare, in omni longanimitate & doctrina.

96. Circa portas tamen hanc queritur: Cūm minister Ecclesiæ pastor gregis esse debeat, an in persecutione fugere, & gregem suum defrere liceat?

97. Quæ quaſtio ut rectè intelligatur, notandum est, quod duplex sit fuga: altera, quæ sit corpore, altera, quæ sit animo.

98. Quod ad fugam corporis attinet, iterum tenendum, quod duplex sit persecutio: alia totius Ecclesiæ, atque ita publica & generalis; alia est solius pastoris, atque ita privatæ & specialis.

99. Quando persecutio est publica, tota quæ Ecclesia imperit, præpostere, non fugiente grege, se subducet pastor: cuius partes erant, vitam suam ponere pro singulis, Ioh. 10. v. 11. Fuga igitur in hoc caſu ſeſe non verum paſtorem, ſed mercenarium inſidelem declarabit,

An miniſtro in perſecutione fugere & gregem suum deſerere liceat.

Duplex fuga.

1. Corp. 1.

100. Quando contra persecutio eſt privata, & ſola paſtoris persona petitur, paſtor quæ absentia ſuā tuorem hostium ſeſ dando, Ecclesia melius conſulere videtur, fugere potest: atque huic pertinet illud Christi Matth. 10. v. 23. Cum persequentur vos in una urbe, fugite in aliam. Et Augustinus moderationem hanc paſcrit ad Honoratum: Ne quis timide ſtationem ſuam deſerens, vel gregem perſide periat, vel exemplum prabeat ignoravie: Et tamen nemo ſe incorciderat precipitat.

101. Exemplum hujus fugæ in ipso Christo proponitur, ¹⁰
ban. 7. v. 1. In Davide, 1. Samuel. 19. v. 10. In Paulo, Acto. 6.
v. 21. cap. 17. v. 14.

102. Qui vero extra hunc casum de loco in locum fugit,
vel reiaugendæ gratiæ, vel causa rædii, vel propter hominum
ingratitudinem, & similia vita, is pastoris titulo indignus est.

103. Fuga animi est; quando pastor ad falsam doctrinam
conniverit, flagitiis se se, reprehendendo & castigando, non op-
ponit, reos, cum prophetis aliique veris pastoribus, in faci-
em objurgare non auget: vel quenquam, ne forsitan in homi-
num odia incurrit, offendere metuit: Eiusmodi enim minis-
ter, et si locum non muter, animo tamen fugitivus est: juxta
illud Augustini in Johanne: *Qui tacuisti fugisti: tacuisti, qua-*
timuisti.

104. Potestas iurisdictionis iterum duas muneris Ecclesiastici
contine. partes: *legitimum usum sive potestatem clivium, & deci-
tem curam ordinis in Ecclesia.*

105. Potestas clivium, definitio Haffenreffero, est quâ Ec-
clesiae ministri ex mandato Christi Salvatoris, peccatores po-
nitentiam agentes à peccatis per fidem in Christum absol-
vunt: Impenitentes vero & in manifestis sceleribus contumac-
iter perseverantes, retentis peccatis, à communione Eccle-
sie, verbo Dei, secundum Christi præceptum, excludunt;
Matth. 16. v. 19.

106. Clavis sunt due: Quemadmodum enim in Ecclesia di-
stincta sonant doctrinarum genera, Lex & Evangelium: ita quo-
que Ecclesiae, & cum primis ministerio, gemina clavis est com-
mendata; una solvens, altera ligans. *Esa. 22. v. 22. Apoc. 3. v. 7-
Iob. 12. v. 14. Iob. 14. v. 6. Matth. 16. v. 19. & 8. v. 18. Iob. 20. v. 23.*

107. Clavis solvens nihil est aliud, quam ipsa Evangelii vox, quâ
omnibus peccatoribus, poenitentiam seriam agentibus, gratui-
ta peccatorum remissio annuntiatur & applicatur; allo nomi-
ne, sed eodem sensu Absolutio dicta est. *Luc. 24. v. 46.* Sic oportet
Christum pati & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in no-
quine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes;

Iob. 13.

Potestas
iurisdi-
ctionis.

Potestas.
clivium.

Claves
duae.

102. *Absolutio est duplex: publica & privata.*

109. *Publica est, quando in genere omnibus pœnitentibus annunciatur remissio peccatorum: Ut Petrus, Act. 2. v. 38. & seqq. ingentem hominum multitudinem absolvit.*

110. *Privata est, quando cuilibet petenti, universalis concio de gratuita peccatorum condonatione accommodatur. Sicut Christus dicit Paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, Matth. 9. v. 21. Et mulieri peccatrixi ploranti Luc. 7. v. 43. Remittuntur tibi peccata. Item, Fides tu, te feluum se. it. Et Lazaroni: Hodie mecum eris in Paradiſo, Luc. 23. v. 43.*

111. *Clavis ligans est nihil aliud, quam ipsa Legis vox quæ incredulis & contumacibus annunciatur peccatorum retentio: alio nomine Excommunicatione dicta est. Ut Paulus eum, qui cum propria noverca incestum perpetraverat, excommunicat, & Sathanæ tradit. 1. Cor. 5 v. 5.*

112. *Hinc subsequenta mortalia sunt notanda. Ministros per demandatum absolutiorem revera pœnitentia remittere.*

113. *Inquis: id solius Dei opus esse, uti recte dicunt Pharisei Mart. 9. v. 3.*

114. *Ita quidem est: verum subordinata non pugnant, Solus Deus, in quem peccatur, remittit peccata, propria potestate: Ministri vero verbi remittunt, ut praëcones & internunciï divinæ voluntatis: ut illud declarat Apostolus 2. Cor. 5. v. 19. &*

20. *Deus enim in Christo, reconcilians sibi mundum, non amputans illius peccata eorum, & ponens in nobis verbum reconciliationis: Pro Christo iurant legatione fungimur, ac si Deus per nos loqueretur: Christi loco o-*

ramus, reconcilia nati Deo.

115. *II. Claves ministerii non soli Petro esse datas; sed omnibus ex eis Apostolis, & omnium ætatum fidelibus pastorum, quibus Christus dicit: Accipite Spiritum sanctum: si quorum remiseritis peccata, remittentur eis: si quorum retinueritis, retenta erunt, Iohann. 20. v. 23.*

116. *III. Non quibusvis absolutionem predicandam esse. Margarita enim gratia divinæ non debent porcis projici, qui*

D 2 pedibus

Absolutio

duplex.

1. Publica.

2. Privata.

*Clavis li-
gans.*

*1. Ministris
revera pec-
cata re-
mittunt.*

*2. Claves
ministerii
non solo Pe-
tro sunt
datae.*

*3. Non qui-
busvis ab-
solutione pre-
dicanda.*

pedibus conculcant, Matt. 7. v. 6. Sed illis duntaxat, qui peccata sua agnoscunt, deplorant, ac vera fide ad Christum confugiunt. Huc pertinent promissiones Matt. 11. v. 28. Venire ad me omnes, qui laboratis et oneratus sum: ego reficiam vos. Johanna. 6. v. 37. Omnes venientem ad me non proicitam foras.

4. Non simul duntaxat in vita absolvendos esse homines:

5. Clavis lignans ex Ecclesia non tollenda.

Ex communicationis requisita.

6. Clavis lignans non est brutum fulmen.

117. IV. Non semel duntaxat in vita absolvendos esse homines: sed quoties miseri peccator penitentiam egerit. De die enim septies cadit justus & resurgit Proverb. 24. v. 16. Et Petro interroganti, an sufficeret septies, responderet Christus: Non, dico tibi, septies, sed septuagies septies, March. 18. v. 21. Nemo tamen male faciat, ut evenient bona. Hrum enim damnum iusta est, Rom. 3. v. 8. Et noli errare; Deus non iridetur, Gal. 6. v. 7.

118. V. Non esse audiendos eos, qui cum luce renascuntur Evangelii clavem ligantem pline ex Ecclesia sublatam auferunt. Sed illa ipsa etiamnam Ministru verbi uti licere, juxta illud Apostoli: 1. Corin. 9. v. ult. Eos, quis foris sunt, Deus iudicat. Etiam profigate isti, qui milis est, ex vobis.

119. Antequam autem aliquem excommunicet Minister Ecclesiae quatuor accurate observare debet. I. Ne privatos affectibus indulgeat. II. Ut certos admonitionis gradus praemittat. III. Admonitionibus quando nihil efficit, ut cognitionem causâ ad plures personas, quæ universale ministerium verbi, ac totam Ecclesiam representant, devolvat, Matib. 18. v. 15. & seqq. IV. Ne alium finem aut scopum animo præfixum habeat, quam lapsi salutem. 1. Corinth. 5. v. 5. 2. Corinth. 7. v. 9 cap. 2. v. 6. & 7. ac reliquorum ædificationem. 2. Corinth. 10. v. 8. 2. Corinth. 13. v. 10. Act. 26. v. 18. 20.

120. VI. Porestatem hanc non esse brutum fulmen, vel fulgur expelvi, sed tanti esse momenti, ut remissio peccatorum paenitentibus in terrâ facta, rata habeatur in celis: item impenitentibus, tam certò peccata retenta sint, ac si ex ore Christi eorum ligationem audivissent; juxta illud Luc. 10. v. 16. Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. Item Johanna. 7. v. 18. 36.

18.36. *Quis crediderit, servabitur: qui non crediderit, iam condemnatus est.*

121. Ceterum cura decenti in Ecclesia ordinis ad Ministros pertinet. Ideo enim appellantur ἡγεμονοὶ τοῦ ὄντος ἢ προστάτευοι *Hbr. 13. v. 16.* *I Tim. 5. v. 17. i.* Theſſ. 5. v. hoc est, præpositi aut duces, in prima acie collocati, quod reliquis præesse, & in id unicē incumbere debeat, ut omnia εὐχημόνως κρίναται τοῦ γενερantur.

122. Cura hæc vel est occupata circa ceremonias sive traditiones vel circa personas.

123. Traditiones vel sunt necessaria, vel indiferentes, quas a via phora vocant.

124. Traditiones necessariae sunt Christi & Apostolorum, ut prædicare & publicè docere verbum Dei, administrare Sacra-menta, &c. Quæ nullo modo mutari debent: sed strictè juxta normam verbi divini, observati.

125. Adiaphora, sive res indiferentes ita dicuntur, quod nullo expresso Dei verbo, vel sint mandata: vel prohibita: atque propterea indifferenter ac liberè sine cultus aut necessitatis opinione, vel obseruentur, vel negligantur, modò scandalum vitetur.

126. Sunt igitur Adiaphora, definiente Haffenreffero, or-
nationes humanae de ceremoniis ac ritibus externis, propter docentem in
Ecclesia ordinem, & piam disciplinam conservandam constitutae. Cu-
jusmodi sunt: Discrimina temporum, ciborum, vestium &c.
Ritus item sacrarum concionum, lectionum, precum vices &
ordo; & id genus alia.

127. Ποέσια I. Adiaphora, quæ ad pietatem, honestatem,
& ædificationem non diriguntur, sed præter inutiles nugas &
puerilia spectacula, nihil aliud habent, nihil minus, quam a-
diaphora sunt.

128. Ποέσια II. Adiaphoris & traditionibus humanis,
omnis opinio cultus, meriti ac necessitatis est deroganda,
Matth. 15. v. 9. & 11. Rom. 14. v. 17. Coloss. 2. v. 16. & 20. i. Tim. 4. v. 3.

II. Cura
decenti in
Ecclesia
ordinis.

Obiectum
buina cu-
ra.

I. Traditiones.
Necessa-
rie.

Adiapho-
ra.

Adiapho-
ra quid.

ποέσια
ματι-

λ.

ποέσια
ματι-

λ.

129. **Πόρισμα III.** Adiaphora licet sint ritus sua natura liberi, quatenus nimis à Deo, neque sunt præcepti, neque prohibiti: Non tamen cuilibet libitum fuerit, ea vel omittere, vel observare: quandoquidem alio quodam respectu & ex hypothesi, hæc ipsa quoq; necessaria esse possunt non quidem ad salutem, sed ad necessitatem ordinis, cum juxta Apostolum, omnia in Ecclesiâ decenter ac ordine fieri debeant.

130. **Πόρισμα IV.** Tempore persecutionis in gratiam adversariorum, non licet, vel nova adiaphora recipere, vel vetera antiquare. Rationes sunt in promptu. I. Quia inter adiaphora non sunt numeranda eiusmodi ceremonia, quæ ad adversarios speciem quandam defectionis pra se ferant, vel quibus satem simularur externè, ut nimis persecutionem declinemus & fugiamus, ac si nostra Religio à doctrina adversariorū non multum dissideat. II. Quia liberæ sunt istæ ceremoniæ, non igitur patiamur ut ullâ ratione in necessarijas transmutentur, sive ratione receptionis, sive ratione abrogationis: juxta illud Apostoli Gal. 5. v. 1. *In libertate, quæ Christus vos liberavit, statim & ne rursus iugo servitutis implicemini.* Etc. 2. v. 4. ejusdem Epistola inquit Apostolus: *Propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in servitutem redigerent: iis neque ad horam cœsum subestime, ut vestras Evangelii permaneat apud vos.* III. Quia tali in exterum statu, non jam amplius de externis adiaphoris, quæ sua natura & per se libera sunt & manent: sed de præcipuo religionis Christianæ articulo agitur. Quandoquidem veritas Evangelii obscuratur ac labefactatur, quam primum adiaphora cum mandato & coactione, conscientiis, vel nova observanda, vel vetera antiquanda præcipiuntur: idque nullo alio fine, quam ut supersticio, falsa doctrina & idolomania confirmetur, contrà verò libertas Christianæ, imò tota doctrina sincera optimatur. IV. Ultimò, quia intempestiva ejusmodi cessione in externis illis adiaphoris, hostes veritatis in idolomania confirmantur: contrà pia mentes & veritatis amantes, contristantur, perturbantur, offenduntur.

131. Cate-

131. Ceterum personae quārum curam, quo ad docentem in Ecclesia ordinem, gerit pius Ecclesiae minister, vel sunt pars ministerii: vel pars populi.

*H. Cura
personarum.*

132. Circa illas ita versatār, ut aliis ministris decedentibus, in eorum locum alios dignos legitimē surrogati laboreb.

Tit. i. v. 5. i. Tim. 5. v. 22.

133. Populi curam gerit, quatenus vel perturbantur animi scandalis, vel corpora molestantur morbis, aut paupertate.

Scandalis.

134. Scandalum Bernardo est duplex: Internum & Externum.

Internum.

135. Internum est, quando verus homo offendiculum præbet novo homini. De hoc loquitur Christus Matth. v. 29: Si oculus tuus dexter tua *avida* *languore*, erue eum, & proice abste.

Externum.

136. Externum dicitur, quod foris accedit, & præbet aliqui vel causam, vel occasionem ruinæ. Est enim omne vel dictum, vel factum, vel exemplum, vel consilium nostrum, quo proximus aut contristatur, aut perturbatur, aut offenditur, ita, ut à recto salutis cursu, vel impeditur, vel deflectat, ad errorem a peccatum inducatur, vel in malo proposito confirmetur, Rom.

14. v. 15. 2. Cor. 8. v. 9.

137. Externum est duplex: vel simplex, vel ex simplicibus mixtum.

138. Simplex est, vel activum, sive datum, sive positum: vel Passivum vel acceptum.

139. Scandalum datum est, quando scandali causa est in agente, hoc est, quando aliquis aut doctrinā falsā, aut vitæ peiori exemplo, aut intempestivo rerum indifferentiū usū, vel obfirmat impios, vel pervertit pios, vel labefactat aut dejicit infirmos.

Scandalum

datum.

140. Scandalum datum dividitur vel ratione objecti, vel ratione subjecti: Ratione objecti, in Privatum & Publicum.

Datum di-

viditur.

141. Scandalum privatum, quod etiam domesticum dicunt, est, quo unus aut pauci quidam offenduntur: ut pueri, servi, conjuges: quando nempe vident, Parentes, Dominos, conjuges, à cultu Dei abstinere, audiunt eos jurare, impudice agere aut loqui: Unde sit, ut vel costristentur, vel exemplum induscent.

Privatum.

142. Publice

Publicum.

141. *Publicum* est, quo totus aliquis cœtus offenditur: *Talia scandala præbent avari, scortatores, potatores, & similes, qui in honestis suis moribus Ecclesiam offendunt, atque tum seipso, tum alios, in ruinam dant præcipites.*

Graviss.

142. *Ratione subjecti personarum, sive causæ perpetratum, dividitur in graviss & levius. Fieri enim potest, ut sic ratione essentiæ idem delictum, & idem scandalum, quod tam aggravetur magis vel minus ratione personæ. Sic gravius est, & magis necet exemplum, quod datur à persona, quæ est in aliqua dignitate constituta, quam quod datur à persona privata, & alioquin obscura. Sic gravius fuit adulterium Davidis. 2. Sam. 18. & s. q. quām obscuri alicujus civis: quo circa etiam gravius punitur ejusmodi scandalum: idque ob duplē causam & respectum. I. Propter personam ipsam, quæ locum, in quem à Deo enecta est, commaculat. II. Propter homines alios, quibus lapsus causam præbet efficaciorem malo suo exemplo. Sic gravius scandalum est, quod à ministro Ecclesiae datur, quia multis dat occasionem male loquendi de Evangelio, & ejus ministerio.*

Scandalum accep-
tum.

143. *Acceptum scandalum, alias Pharisäicum dictum, est, quando causa ejus non est in agente, vel ejus actione, sed in obseruantre, vel ejus observatione, hoc est, quando vel ex iis, quæ doceri vel dici debebant, vel ex iis, quæ fieri debebant, vel ex iis, quæ fieri saltem licebat, hoc est, ex usu rerum adiphorarum, offenduntur infirmi, vel deteriores redduntur impii.*

145. *Scandalum hoc, vel est humanum vel Diabolicum.*

144. *Humanum est, impiorum, vel piorum hominum.*

146. *Impiorum scandalum est, mundanorum hominum, ut sapientium hujus seculi, & hypocitarum.*

Piorum.

147. *Scandalum piorum est, quod ab infirmis in Ecclesia accipitur, à malignioribus vero captatur, ut nimirum doctrinam Evangelii, rudioribus reddant dubiam & incertam, vel ex oppressione Ecclesiae, suppliciis innocentium, heresisibus defensibus, quæ maxime turbare solent Ecclesiam; vel ab adver-*

adversariorum doctrinæ nostra multitudo re, potentia, dignitate, autoritate, honore, fortuna, prospero successu.

148. *Diabolum* scandalum acceptum est, quando homines *mali* piorum & sanctorum lapsus ac virtus proterve captant ad peccandi licentiam, ut Chām ebrietatem patris *Gen. 9. v. 2.* Alii incestum *Loth Gen. 19. v. 30. 31.* Alii homicidium & adulterium *Davidis 2. Sam. 11. v. 2. 3. 15.* Alii perjurium *Petri, Matth. 26. v. 72. 74.*

149. Vocabamus autem scandalum hoc Diabolicum, non à subjecto, sed à qualitate: quia cum summā impietate malitia, & contumeliam in pios, sanctosque, immo in ipsum D e u m, est coniunctum.

150. Tandem *scandalum mixtum* est partim datum, partim acceptum: nempe, quando quis libertate Christianā uitetur non justo tempore ac loco: Ut si quis colludat cum veritatis hostibus.

151. Hoc scandali genus, licet mixtum finiatur, magis tam ad naturam dati, quam accepti accedit. Est igitur tenendum, quod Paulus ait *1. Cor 6. v. 1. & c. 10. v. 23.* Omnia in libertate, sed non expedient. Et Clemens inquit: *Qui faciunt, quicquid licet, huc citio diliguntur, ut faciant, quod non licet.*

152. Porro ultima Pastorum cura est occupata, circa ægrotos & pauperes.

153. In genere, tales ægrotorum & pauperum curam gerere debent, ne ægestate & fame pereant, sed Ecclesiæ liberalitate sustententur, *Gal. 2. v. 10. 1. Tim. 5. v. 16.*

154. In specie vero curare debent ægrotos, diligenter visitando, consolando, ad patientiam, fidem, spem, adhortando & erigendo.

155. In specie pauperum cura duplex est: una ad colligendam & distribuendam sacram beneficentiam pertinet: altera posita est, tum in auditoribus, ad demonstrandam erga pauperes beneficentiam, exhortandis; tum in illorum, qui Eleemosynas & bona Ecclesiæ colligunt, disponunt, distribuunt, inspectione *1. Cor. 16. v. 2. 2. Cor. 9. v. 1. & seqq.*

E

156. Ulti-

Scand-
lum mi-
xtum.

Cura pa-
storum cir-
ca ægri-
tos &
pauperes.

Errors.

156. Ultimò *errores* hoc loco vitandi sunt præcipui. I. Poti-
tisiorum, qui Ministerium Ecclesiasticum in potestatem po-
liticam transformant, hujusque prætextu horribilem in Ec-
lesia tyrannidem exercent.
157. II. Enthasiastarum & Schuenckfeldianorum, qui ex-
ternum docendi ministerium literam mortuam dicunt, solas
que internas spiritus revelationes requirunt.
158. III. Donatistarum veterum & recentium, quales ho-
d è Anabaptistæ, qui opinantur, neque Evangeliū, neque Sa-
cramentum ullum, etiam recte administratum, efficax esse, si
ministrorum mores virtiosi sint.
159. IV. Calvinistarum, qui contendunt, externum verbi
& Sacramentorum ministerium, non esse efficax Spiritus san-
cti organum ad convertendos homines. *Videatur Beza in-*
explicat. Christianis. cap. 4. aphor. 9. volum. i. Tractat. Theolog. pag.
160. Denique errant & illi, qui putant persecutionis tem-
pore hostibus Evangelii in Adiaphoris cedendum esse. Quan-
doquidem id nisi cum veritatis divina jacturā, maximoq-
ue infirmorum scandalō, fieri minimē
potest.



99 A 6935



T4 → 0c





B.I.G.

Farbkarte #13

